



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

43. De Castitate

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

da vestra cravula & ebrietate.

2. Quod animæ plurimum profit, eius hostes domando (vti præfiguratum in sobrio Daniele) luxuriam, iram, auaritiam, ventris curam, diaboli infestationes, mentemque ad arcana Dei capienda idoneam reddendo, & suauitate cœlestium deliciarum saginando.

3. Quod corpori quoque plurimum profit ad sanitatem, vitamque longiorem conseruandam: *In multis escis erit infirmitas, & per crapulam multi perierunt, qui autem abstinentes est, adijciat vitam.* Eccl. 37.

De Castitate.

XLII.

I. **E**Xpende quomodo Castitas perfecte sit exercenda, (quæ est virtus, qua quis promptè & delectabiliter ad maius Dei obsequium corpore & mente carnis voluptatibus abstinet) quoad actus quidem internos sic: 1. Magni eam faciundo, intimeque amando, cum omnibus medijs necessarijs ad eam agendam & conseruandam, eaque proponendo adhibere. 2. Abominando intellectu & affectu omnem impuritatis speciem; cum omnibus quæ Angelicam puritatem possunt coinquinare, eaque vitare statuendo. 3. Quam primum desideria & motus indecentes reprimendo,

Iii

mendo,

mendo, fœdisque cogitationibus resistendo. Quoad actus externos verò sic: 1. Abstinento ab omni impuritatis specie in verbis, moribus, motibus corporis. 2. Præcauendo omnia pericula & occasiones lædendæ castitatis. 3. Sollicitè adhibendo media necessaria ad eandem Castitatem conseruandam; Idque purè ob honorem & beneplacitum Dei, summa mentis vigilantia, seria in adhibendis medijs contentationibus constantia, & insatiabili desiderio maioris puritatis. Feruor Angelicam mentis & corporis puritatem conseruandi, & augendi.

II. Quam luculentum huius Angelicæ virtutis exemplum nobis præbuerit B. Virgo, quæ tantò eam perfectius coluit, plurius estimauit, intimius amauit, sollicitius exercuit, quò Deo sciebat esse gratiorem, eam augendam & conseruandam sedulò adhibendo, idque tota vita Zelus B. Virginem in studio huius virtutis imitandi.

III. Incitamenta. 1. Quod Castitas in amorem sui rapiat cœlestem sponsum,

Cart. 6.

qui nascitur in sy lilia, eumq; mirè sibi aduinciat, iuxta illud: Qui diligit cordis

Prov. 1.

suu. uicem, propter gratiam labiorum suorum

rum

suorum habebit amicum Regem. Insuper etiam singularem Angelorum fauorē sibi conciliet, qui eos maximē diligūt, quos sibi simillimos cernunt. 2. Quod castorum mentes idoneas reddat ad extraordinariā diuinæ largitatis charismata percipienda, vt patet in D. Iohanne Euangelista, cui tam sublimia constat reuelata mysteria, multisque alijs angelica puritate conspicuis mirē à Deo illuminatis, atque ad sublimem Sanctitatis gradum euectis. 3. Quod peculiarem in cœlo mereatur aureolam, nullis alijs præterquam Virgibus secuturis Agnum quocumq; ierit, & cantaturis canticam nouum imperiendam. Zelus in studio angelicæ puritatis proficiendi; omnesque eius lædendæ occasiones euitandi.

De Mansuetudine & Clementia.

XLIV.

I. **E**Xpende quomodo perfectè exercenda sit Mansuetudo, (*qua est virtus, que iram aduersus iniuriam inferentes comprimit:*) quoad actus quidem internos, volendo, desiderando, & proponendo hos externos illius actus exercere. 1. Nec verbo austeriore, nec vultu seueriore, nec alio signo iram exsurgentem exterius prodere, sed vel